Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26078
Copyright: Admont, Benediktinerstift

apparuit. Et notandum quod non iustificatus ut de
iniquo iustus fieret sed iste iustus pro iniquis passus est ut omnes
nos offerret deo. de quo dicit ad iudeos negastis sanctum et iustum et petistis
ut vir homicida donaretur vobis. Et peccata nostra ipse
portauit quasi medicus languores egrotantium quos sani non indi
gent sed hi qui male se habent. Ideo dispdabit ei plurimos et for
tium eri diuidet spolia pro eo quod tradidit in morte animam suam
et cum sceleratis reputatus est. Et ipse peccatum multorum tulit et pro tran
gressoribus rogabit. Ier. Propterea ipse possidebit multos
et fortium diuidet spolia pro eo quod contaminata est in morte
anima eius et cum iniquis reputatus est. Et ipse peccata multorum
suscepit et propter iniquitates eorum traditus est. Causas reddit cur
post passionem multa xpo premia consequatur quia inquit pas
sus est fecitque omnia quae praetitus sermo descripsit. Et iniquitates multorum
ipse portauit propterea diuidam ei plurimos ut pparte
dni iacob et funiculo hereditatis illius israel credant in eum de
oriente et occidente uenientes et recubant in regno dei cum
abraham et isaac et iacob. impleto illo quod scriptum est. Postula
a me et dabo tibi gentes hereditatem tuam et possessionem tuam ter
minos terre. Ve quoque in hoc eodem pphetam. Erit radix iesse
qui surget ut principet in gentibus in ipso gentes sperabunt.
Ish autem plurimi quondam a forum tenebant et sub specie
asine et pulli multos habebant dnos quibus dicerent apli. Dns
eos necessarios habet quia fortes erant ante quam xpo humanum
corpus assumeret et forte superato diriperet domum eius. Pre
da quam fortium aplis suis tradidit atque diuisit. ut PETRUS ia
cobus et IOHANNES circumcisi ppli principes fierent et pau
lus et barnabas mitterentur ad gentes locis non animo separati
et sub uno dno indiuisa starent acie ut agminis utrusque
victoria triumphum erigerent saluatori. Et quoque spiculum